

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1225

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

195. Ulrich von Bollingen, Canonicus von St. Thomas zu Straßburg und Notar am kaiserlichen Hofe, verkauft dem Kloster Marbach sein Gut zu Königshofen für 185 Mark Silber. 1225 August 29.

In Christi nomine. presentis scripti testimonio notum sit tam presentibus
 5 quam futuris, quod magister Ūlricus dictus de Bollingen canonicus in ecclesia sancti
 Thome Argentine, imperialis aule notarius¹, fecit vendicionem et donationem in
 manus dominorum F[riderici] abbatis, B. et E. et W. sacerdotum fratrum ecclesie
 Marbacensis recipiendum pro se ipsis et toto conventu et eclesia sua Marbacensi
 de predio suo sito in Cūnigeshoven juxta civitatem Argentinam cum curia et agris
 10 ad ipsam curiam pertinentibus sive aliis curiis et hortis et pratis et omnibus
 appendiciis ad ipsum predium pertinentibus cum omni jure et honore, sicut ipse
 Ūlricus idem predium emerat a domina Hedewiga uxore quondam Symonis Limbli
 de Ephiche² et ejus heredibus et manifeste possidere videbatur usque ad istum
 diem venditionis. et omne jus suum, quod ipse Ūlricus in eodem predio et suis
 15 appendiciis quocunque modo hactenus habere visus est, effudit et resignavit in
 fratres antedictos et conventum et ecclesiam Marbacensem, ut ipsi de cetero sint
 veri ejusdem predii et proprietatis domini et possessores in perpetuum fecitque eis
 et eorum successoribus finem et reffutationem inrevocabilem, ita tamen, quod
 conventus et eclesia memorata solvant annuatim hospitali in Scutteren elemosinam,
 20 scilicet triginta sex denarios et obulum unum Argentinensis monete et octo denarios
 et obulum pro ficto unius insule sive prati, quod pertinet ad communitatem in
 Cunigeshoven. fecit itaque sepe dictus Ūlricus hanc donationem et vendicionem in
 ecclesiam memoratam pro certo precio centum et octoginta quinque marcarum boni
 et puri et examinati argenti. et ne aliquo tempore allegare posset illud predium
 25 pro tempore melioratum plus valere illamque estimationem requirere, ipse magister
 Ūlricus pro remedio anime sue totaliter ecclesie sepefate remisit, si quid predium
 illud amplius tunc valere potuit vel de cetero plus valere posset estimari. ut hec
 omnia semper rata permaneant, hoc scriptum sigillis venerabilis Argentinensis
 episcopi atque capituli et civitatis atque venditoris est communitum. hujus rei testes
 30 sunt canonici majoris ecclesie Fridericus cantor, Ūlricus scolasticus; laici Albertus
 Begere, Burchardus scultetus de Ehenheim, Wezzel judex, Fridericus Dispensator,
 Heinricus Felhcelin^a, Erbo Rufus et Erbo filius ejus, Waltherus de Offenburc,
 Rudolfus filius Lencelini, Waltherus filius Ortliebi, Diethericus pistor, Hugo Aureus,

a) Das h in Felhcelin zwischen l und c übergeschrieben.

35 ¹ Ein Viceprotonotar Ulrich erscheint in Urkunden Friedrichs II im September 1212, vergl. Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. I, introd. p. 125. Ferner ist unter Heinrich VII ein königlicher Notar Ulrich nachweisbar von 1225—1233. Die Heimath Ulrichs von Bollingen kann in Württemberg wie in Lothringen gesucht werden.

² Cfr. nr. 194.

Johannes Vitulus, Diethmarus clericus et Cunradus frater ejus, Burchardus hospes noster et Johannes¹.

Acta sunt hec anno domini 1225, indictione 14², 4 kalendas septembris.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 1627 or. mb. c. 4 sig. pend. delapsis.

196. *Bischof Berthold und das Domcapitel von Straßburg bestätigen dem Kloster Pairis die Steuerfreiheit des Ein- und Verkaufs in der Stadt Straßburg. 1225 November Straßburg.*

Bertholdus dei gratia Argentinensis episcopus, Reinhardus prepositus, Bertholdus decanus, Fridericus cantor, Ulricus scolasticus³ totumque Argentinense capitulum universis has literas inspecturis salutem in omnium salvatore. cum venerabiles in Christo dilecti abbas et conventus Parisiensis monasterii usque ad tempora nostra in civitate Argentinensi ea, que de laboribus eorum supersunt, vendidissent et emissent, que ad usus fratrum sunt necessaria, sine thelonei exactione, nos pro reverentia dei et ad preces venerabilis patris Portuensis episcopi apostolice sedis legati⁴, ne nova servitia et inconsueta eis imponamus, libertatem, quam hactenus habuerunt, eis de communi consensu confirmamus concedentes eisdem, ut in civitate nostra predicti fratres libere vendant ea, que eis supersunt, et necessaria emant sine ullo impedimento. et ne, quod de benignitate nostra fecimus, quisquam in posterum valeat irritare, presentem paginam duximus sigillis nostris roborandam. datum Argentine anno domini 1225, mense novembri⁵.

C aus Colm. Bez.-A. fonds Pairis or. mb. c. 2 sig. pend.

¹ Ein im Raths- u. Bürgerbuch fol. 3^b des Straßb. St. A. von einer Hand des 16ten Jahrh. verzeichnetes Urkundenregist des Inhalts, daß Hesso von Molsheim zwischen seinem Hause jenseits der Breusch und der Badstube des Johannes Vitulus einen Canal ziehen darf, schließt: anno domini 1225 in tempore nostri consilii, videlicet Wernheri marscalci, Waltheri sculteti, Dieterici Stehelini, Burchardi sculteti de Ehenheim, Erbonis judicis, Friderici Dispensatoris, Weltscini, Nicolai, Ottonis Gudelfindi, Sigilini Wulleden, Rudolffi filii Lentzelini, Johannis Vituli, Alberti Begeronis albi magistri burgensium.

² Die Indictionsziffer um 1 zu hoch.

³ Diese vier Domcapitulare sind auch Zeugen einer Urkunde Bischof Bertholds für das Kloster Mauersmünster aus demselben Jahre. Cfr. Würtwein Nova subs. dipl. XIII, 289 nr. 74.

⁴ Konrad Cardinalbischof von Porto und S. Rufina, aus dem Geschlecht der Grafen von Urach (Vergl. Stälin Würtemb. Gesch. II, 460), seit dem Frühjahr 1224 als päpstlicher Legat in Deutschland thätig. Im November 1225 hielt er sich im Mainzer Territorium auf, vergl. Fürstenberg. Urk.-B. I, 135 nr. 297—302.

⁵ Dies Privileg wurde dem Kloster Pairis von Kaiser Friedrich II bestätigt, 1226 Juli Borgo San Donino. Colm. Bez.-A. ibid. or. mb. c. sig. pend., gedruckt ex insert. diplom. Caroli IV a. 1354 bei Hugo Monum. sacr. antiquit. II, 291 = Grandidier Oeuvr. inéd. III, 235 nr. 110 = Huillard-Bréholles Hist. dipl. Frider. sec. II, 653. — Böhmer nr. 608.

197. *Bischof Berthold von Straßburg bevrkundet, daß das St. Thomascapitel die St. Marcuscapelle bei Straßburg geistlichen Schwestern eingeräumt habe, und regelt Pflichten und Rechte derselben. 1225.*

B[ertholdus] dei gratia Argentinensis episcopus universis hanc paginam inspec-
 5 turis salutem imperpetuum. ex debito pontificalis officii tenemur secundum
 apostolum bona providere non tantum coram deo set etiam coram omnibus homi-
 nibus, ut propagatis dei laudibus ubique caritas diffundatur et deo militantium
 numerus augeatur. noverit igitur tam presentium etas quam futura posteritas, quod
 dilecti fratres nostri capitulum sancti Thome, zelo pietatis inspirati et bonorum
 10 hominum precibus inducti, quandam capellam in honore sancti Marci constructam
 olim a quodam ejusdem ecclesie decano nomine Engelberto felicis recordationis¹,
 in pede pontis sancti Arbogasti sitam, ad jus et proprietatem sue ecclesie pertinen-
 tem necnon et aream, in qua fundata est, quibusdam mulieribus religiosis, que
 ibidem^a deo famulari et regularem vitam ducere decreverunt, et nichilominus hiis,
 15 que eis sunt in posterum successure, consensu nostro accedente, cum omni jure
 libere contulerunt, laudabili tamen quadam consuetudine sibi retenta cujusdam pro-
 cessionis in festo ejusdem sancti Marci ad honorem dei et ipsius sancti et memo-
 riam supradicti fundatoris semper hactenus facte et imperpetuum faciende. procu-
 rationem vero decem solidorum in eodem festo, quam ante provisor ejusdem capelle
 20 completa processione solvere tenebatur, compensavit prefato capitulo Rüdolfus noster
 scultetus, qui cognominatur Ripelinus, pro remedio anime sue et uxoris sue
 Adeleidis et salute anime patris sui Hugonis et matris sue Agnetis, insuper etiam
 tam patris quam matris jam dicte Adeleidis, videlicet Wernheri et Gerburgis,
 quodam predio, quod tantum vel amplius solvat, jam dictis fratribus assignato.
 25 preterea pium jus hoc etiam debent prefate sorores canonicis sancti Thome, quod,
 quandocunque aliquem ipsorum contigerit ex hac luce migrare, cum eis intimatum
 fuerit, sollempnes vigiliis dicere tenentur pro anima defuncti et missarum facere
 sollempnia celebrari. item sciendum, quod decimas cujusdam orti certis limitibus et
 30 terminis comprehensi sepe dicti fratres eis liberaliter remiserunt, hac tamen condi-
 tione, si eundem propriis laboribus et sumptibus per se vel per suos conversos
 coluerint; si vero locaverint illum alicui persone seculari pro censu vel medietate
 vel aliqua parte holerum, eadem persona, quantum ad eam pertinuerit, decimam
 solvere teneatur. de reliquis autem ortis vel agris, si qui ex donatione fidelium vel
 aliunde eis accesserint, et de nutrimentis animalium suorum decimas memorato
 capitulo secundum consuetudinem parrochianorum sancte Aurelie cum integritate
 persolvent. insuper et hoc sciendum, quod, quicumque servus vel ancilla pro annua
 vel temporali mercede eis servierit, jure parrochiali debet obedire sacerdoti sancte
 Aurelie et ab eo ecclesiastica recipere sacramenta. si quis autem masculus vel

April 25

a) *T* ibidem.

¹ *Cfr. nr. 118.*

femina deo se optulerit in eodem loco perpetuo servituum assumpto habitu religionis vel saltem tonsura, lege sororum tenebitur et cum eis accipiet sepulturam. nullique parrochianorum ecclesie sancte Aurelie apud eundem locum sepultura debet concedi nec ad ecclesiastica sacramenta sine licentia capituli sancti Thome penitus admittatur. sororibus vero magistram eligere volentibus, si in aliquam de conventu 5 canonice concordaverint^a, pro magistra eadem habeatur. si vero concordare nequierint, decanus sancti Thome cum sacerdote concanonico^b majore in introitu auctoritate nostra precipiat priori fratrum ordinis predicatorum ultra Bruscam¹, vel qui loco ipsius fuerit, et insuper alii fratri de eadem domo, quem predicti nominaverint, ut secundum deum aliquam de conventu eis denominent in magistram, que ab 10 ipsis sine omni contradictione concorditer eligatur. si vero decanus vel dictus canonicus interesse noluerit vel forte non potuerit, ipsorum impotentia vel negligentia per capitulum sancti Thome suppleatur. quodsi infra spacium unius mensis negotium electionis jam dicte non expedierint, ad nos spectabit prenominationis personis precipere, quatenus sine dilatione illud efficaciter exequantur. super correctione vero 15 magistre, si negligens vel remissa vel alias inutilis exstiterit, supradictus prior mandato predictorum canonicorum vel nostro, si illi neglexerint corrigendi ipsam vel deponendi, plenam habeat potestatem, sororibus alias in sua manentibus libertate in tantum, ut nec decanus nec prepositus nec aliquis canonicorum vel aliorum ullam deinceps, preter quam supradictum est, in eis habeat potestatem. fructum 20 autem orationum et divinorum obsequiorum et omnium spiritualium bonorum tam prefati canonici quam etiam devote in Christo sorores sibi debent invicem communicare in vinculo caritatis. ut autem salubris hec ordinatio deo adjuvante firma et stabilis omni tempore perseveret, sigilli nostri munimine et majoris ecclesie et conventus sancti Thome presentem paginam fecimus roborari. acta sunt hec anno 25 dominice incarnationis 1225.

T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 13 or. mb. c. 3 sig. pend.

Gedruckt ebendarnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 303 nr. 21.

198. *Bischof Berthold von Straßburg beurkundet, daß Gerlindis der St. Thomaskirche zu Straßburg ein Gut in der Gemarkung Ingemarsheim geschenkt habe, von dessen Erträgen ein Todtenmeßpriester unterhalten werden soll. 1225.*

In nomine sancte et individue trinitatis. ego Bertoldus dei gratia Argentiniensis episcopus notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod famula dei Gerlindis ad honorem dei et beati Thome necnon pro salute anime sue et parentum suorum obtulit et donavit ecclesie sancti Thome quoddam predium suis 35

a) *T concordaverint.* b) *T concanonico.*

¹ *Die Dominikaner waren im Jahr vorher nach Straßburg gekommen. Cfr. Ellenhardi Annales: anno domini 1224 circa quadragesimam inchoata est domus fratrum predicatorum in Argentina extra muros (Mon. Germ. SS. XVII, 101). Königshofen bestimmt die Lage des Klosters näher: ein kirchlein ussewendig der stat, do sant Elsabet closter stunt (D. St-Chron. IX, 733).*

facultatibus emptum in banno ville Ingemarsheim¹, cujus proventus tam in vino quam frumento sacerdos in eadem ecclesia sancti Thome missam pro defunctis assidue celebraturus vice prebende percipere debet annuatim. predictus autem sacerdos, ut dictum est, tenetur missam pro defunctis in altari, quod ad hoc deputatum
 5 est, cottidie celebrare, quociens inquam in precedenti vespera vigilie pro mortuis decantantur. hoc autem excipitur, si forte episcopus civitatis migraverit a seculo vel aliquis de numero confratrum ejusdem ecclesie vel etiam quilibet alius in claustrum tumulandus. tunc enim canonicus ille, cujus fuerit precedens ebdomoda, celebrabit. item in commemoratione omnium fidelium animarum missam pro defunctis
 10 etiam celebrabit canonicus. memoratus etiam sacerdos interdum supplere debet vicem ebdomadarii et illius sacerdotis, quicumque habuerit prebendam episcopi, in cantando invitatorium ad matutinas et responsoria seu versus eorum officio deputatos. ad decanum autem ejusdem ecclesie pertinet eligere seu presentare idoneum ad hoc officium sacerdotem, qui frequens sit in choro nec sit de numero canonicorum,
 15 qui noverit ecclesie reverentiam et decano debitam obedientiam exhibere. huic tali prepositus ecclesie conferet investituram. cupientes igitur prefati canonici dignas rependere gratias donatrici salubriter instituerunt, ut, ea defuncta, corpus ejus in claustrum sollempniter tumuletur et sepulcrum ejus annuatim cum sollempni processione et debitis obsequiis visitetur. nos itaque tam piam donationem devote mulieris
 20 et salubrem institutionem fratrum eorundem omni favore et studio prosequentes presens factum sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. acta sunt hec anno dominice incarnationis 1225.

Nov. 2

T aus Straßb. Thom. A. Titres lad. 25 or. mb. c. sig. pend.

Gedruckt ebendarnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 302 nr. 20.

25 199. *Der Straßburger Marschall Wernher gibt seine Ansprüche auf eine Mühle im Otterswörth zu Gunsten des Straßburger Hospitals auf. 1225.*

Omnibus tam futuris quam presentibus, ad quos hec pagina pervenerit, Wernherus marschalcus Argentinensis salutem et omne bonum. sepe solet suboriri de factis hominum magna calumpnia, nisi sumant a voce testium vel a scripti memoria
 30 firmamentum. noverint universi tam presentes quam posteri, quod, orta discensione inter me et hospitale Argentinense super molendino sito in Otterswert, tandem mediantibus honestis et discretis personis, videlicet Bertoldo de Ohsenstein decano et H[einrico] fratre suo archidiacono, Hermanno de Erenbere portario majoris ecclesie, Friderico abbate de Marbach cum B. priore sancte Trinitatis² et E[ber-

35 ¹ Ein eingegangenes Dorf, halbwegs zwischen Ober-Ehenheim und Bischofsheim. Cfr. Schöpflin Als. illustr. II, 403.

² Diese Stiftung hat demnach schon im Jahre 1225 bestanden, während in den Annal. Marbac. zum Jahr 1226 vermerkt wird: eodem anno fundata est domus apud Argentinam in honore sancte Trinitatis a Wernhero marschaleo non sine grandi impensa Marbacensium (Mon. Germ. SS. XVII, 175).